



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 30. S. Dominicus Moniales includit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul.XIII.

A. C. 1219.

4. ep. 631.**Rain. n. 20. 21**

Ceterum Sedes Antiochenæ jam bien-
nio vacabat, post obitum Rudolphi Pa-
triarchæ, qui anno millesimo ducentes-
mo decimo septimo deceperat, postquam
anno triginta tres huic Ecclesiæ præfui-
set. Et hanc quidem Dignitatem desti-
naverat Papa Petro Capuano, Cardina-
lis ejusdem nominis, Tituli S. Marcelli,
nepoti, quem, mutata postea mente, Car-
dinalem creatum, suo lateri adhærere
voluit. Quare, precibus trium Cano-
nicorum Ecclesiæ Antiochenæ motus,
Patriarcham eis dedit Ranerium, Eccle-
siæ Romanæ Cancellarium, eumque suis
manibus Viterbii die decima nona No-
vembris anno millesimo ducentesimo
decimo nono ordinavit. Natus is era-
in Comitatu Tudertino, atque ex Prio-
rato S. Frediani Lucæ ad Vice-Cancella-
rii officium, quod digne per triennium
obiit, evocatus.

Regest.ap.**Rain.****4. ep. 647.****Rain. n. 54.****§. XXX.****S. Dominicus Moniales includit.**

Sancto Dominico inter hæc Romanam
reverso, Honorius Papa sub idem tem-
pus Epistolam encyclicam ad omnes Pra-
latos dedit, ipsi & Ordinis ejus Frati-
bus faventem, in qua hortatur & præci-
pit; hos Fratres ad Prædicationis Minis-
terium, cui consecrati essent, admitten-
t, eisque vitæ necessaria largiter sup-
pedivit.

peditarent, cum propter salutem anima-
rum voluntariam paupertatem essent A.C. 1219.
amplexi. Hæc Epistola die octava De-
cembris anno millesimo ducentesimo de-
cimo nono data. Literis aliis, die deci- 4. ep. 654.
ma septima ejusdem mensis datis, Papa Rain. n. 50.
Dominico & sui Ordinis Fratribus Eccle-
siam S. Sixti Romæ concessit; ubi vero
haud diu habitarunt. Nam cum Papæ
exploratum esset, quam eximias dotes
ad res gerendas Dominicus a natura ac-
cepisset, eum ad opus, quod difficilli-
mum judicabat, perficiendum delegit,
scilicet ad omnes Moniales in diversis Theod. II.
Urbis Romæ regionibus sparsas in unam c. 4. 5.
Domum colligendas, ut facilius regi &
custodiri possent. Porro constituerat
Pontifex Mulieres Religiosas in Domum
S. Sixti, Fratribus Prædicatoribus alio
translatis, cogere.

S. Dominicus, Summi Pontificis vo-
luntati repugnare non ausus, modeste
tamen suggeslit, se solum tantæ molis ne-
gotium ad finem perducere non posse.
Quare Pontifex Cardinales tres, Hugo-
linum Episcopum Ostiensem, Stephanum
Fossæ novæ, & Nicolaum Episcopum Tu-
sculanum, laboris socios addidit.

Opus aggressi, maxime reluctantes
habuerunt has feminas Religiosas, no-
xiæ libertati adsuetas. Nihilominus
cum Dominicus ad Monasterium S. Ma-

M m 3

riæ

Sæcul.XIII. riæ trans Tiberim se contulisset, Abba
A.C.1219. tissam omnesque ejus puellas, una tan-
tum excepta, eo permovit, ut Papæ se
obtemperaturas esse, & ex domo ista ex-
cessuras promitterent, si modo eis lice-
ret secum ferre Beatae Virginis imagi-
nem, non solum ab his Monialibus, sed
ab omnibus Romanæ Urbis civibus ma-
gno honore cultam, quæ a S. Luca Ev-
angelista piæta fuisse credebatur. Rec-
pit Dominicus conditionem, & adjectis
in posterum Religiosas feminas, ad invi-
fendos propinquos suos vel alios, non
amplius ex monasterio exituras.

Ubi ad earum propinquos amicosque
delatum, quod ipsæ consensissent, in fu-
rorem acti advolant, & cum Religiosis
mulieribus acriter jurgantur, quod a vi-
ro ignoto eo adduci se passæ essent, ut
locum & Ecclesiam celeberrimam dese-
rere statuissent. In Virum sanctum au-
tem inventi, Sycophantam & veterato-
rem appellabant. Jamque puellis tan-
tum timoris incusserant, ut complures
promissi sui pœnitentia subiret; sed eas
Dominici solertia ad saniorem mentem
reduxit, cumque omnes iterum, in pot-
estate Summi Pontificis se futuras esse
affirmasset, quosdam Fratres converlos
viros prudentes & virtutis amantes de-
legit, qui earum Monasterium custodi-
rent, & omnia necessaria sororibus præ-
starent.

stant. Tum, cunctis illius domus cla- **Sæcul. XIII.**
vibus eruptis, eas nec cuiquam homi- **A.C. 1219.**
num confabulari, nec ad ædes parentum
suorum sine testibus ititare concessit.

§. XXXI.

*S. Dominicus duos mortuos ad vitam
fuscat.*

Tempore quo Domus S. Sixti reparabatur, ut Monialium usui apta fieret, Dominico quadam die ad S. Marcum concionante, Matrona Romana, cui nomen *Gutta. Done*, sancto Viro maxime devota, ut ad populum dicentem auscultare posset, infantem ægrotum reliquit. Domum deinde reversa, mortuum inventit, & presso dolore, ancillis se sequi jussis, filium exanimem ad S. Sextum, ubi Dominicus adhucdum commorabatur, defert. Aperta erat Domus, videlicet euntibus & redeuntibus operariis patens, & afflita mater Virum sanctum habuit ante portam Capituli, quasi aliquis adventum præstolantem. Tum, infante ad ejus pedes deposito, ipsa in terram prostrata inter calentes lacrymas rogat, ut sibi filium redderet. Dominicus tenerrima commiseratione tactus, paulisper secedit, in terram se demittit, & brevi oratione peracta, accedit, Crucis signo defunctum munit, ejusque ma-

nu

ibid. c. 3.

Mm 4